



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Mittate patientiaq[ue] quantis opus sit in cunctis afflictionibus: voluntas
item nostra vt in omnibus fiat, quid curandum præcipue Can. XXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

perplexitatibus, aduersitatibusq̄ oneratum, & quasi à me proiectum, aut obliuioni traditum, nihilominus à me ad cretcuras se non conuertere, nec à me recedere, nec ad mundana redire subsidia, nec sibi consolationes aut reuelationes expectere, sed mihi fidere, me præstolari, & nuda fide ac sola charitate mihi inherere, paratumq̄ sic manere, quàm diu mihi placet: imò ad hæc & alia quæcunq̄ pro mea voluntate, & ad gloriam meam se mihi relinquere, se resignare, & me in huiusmodi præfurlis, quo modocunq̄ etiam potest, vel arido corde laudare.

Mititate patientiaque quantis opus sit in cunctis afflictionibus: voluntas item nostra vt in omnibus fiat, quid curandum præcipue.

CANON XXVIII.

Satis iam intelligis ô sponsa, quàm te oporteat esse patientem, quàmq̄ in patientia mitem, hoc est, cum æquanimitate, pace ac tranquillitate cordis omnia tolerantem (neque enim aliud est mititas, quàm in vera patientia est tranquillitas) vt nihil te etiam contristare, nihil perturbare queat, quicquid extra me tibi acciderit, siue in tempore id fuerit, siue in æternitate, hoc solo dempto, quod à gratia & charitate mea non velis esse exclusa, nec voluntate à me auersa. Hoc enim nõ est negligendum, sed summopere curandum vt charitate mihi semper coniuncta maneat. Deinde quocunq̄ loco, quacunque pœna aut consolatione tenearis (si hoc ipsum ad gloriam meam & præcipuum beneplacitum meum sit) in hoc gaudeas, quod meæ subiecta sis voluntati, parata iuxta voluntatem meam & consolari & tribulari. Sic constitutam nihil ab extra adueniens potest te contristare. Nihil enim tuæ voluntati eueniet contrarium, dum mea, semper est tua voluntas, nec aliud habes, atque meum velle, ided semper (quod dixi) fiet voluntas tua in omnibus. In hoc enim tibi summopere est gaudendum, quod mea in te perficitur voluntas. Ided in interiori homine tota tunc es in pace constituta, quamuis in homine exteriori præfura sit & desolatio: quàm tamen in pace recipis, quia aliud non vis, quam ego volo. Hoc modo filia esto tranquilla, prouidens, quo furor in te omnis, omnisq̄ quarimonia penitus extinguatur, & vis ipsa in te irascibilis in quodam silentio immobilizetur: concupiscibilis verò circa virtutes stabilita in me eleuetur. Porro rationali his congaudente, & conscientia pace ipsa ac serenitate sua perfruente, anima tota tranquillizetur.

Proximus quisque vti sit casto amore prosequendus: alios temere iudicare quam animæ noxium: delinquentes item quo animo sint arguendi.

CANON XXIX.

Ad omnem proximum filia cor habeas compassione & casta dilectione plenum. Castam voco dilectionem, quæ cor non inquinat concupiscentia carnali, nec sociali occupat familiaritate, nec inordinata affectione commulatur, nec distractione inquietat cogitationum, nec desideriorum turbat importunitate, nec similitudinum ac phantasiarum multiplicat imaginatione: sed citra

Mititas vera quæ sit.

Homini resignato quid præcipue curandum.

Voluntas hominis vt in omnibus fieri possit.

Dilectio casta quæ sit.

§§§

electio-